



**Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien.
I. C. Praestantissimi Volumen ...**

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo
Vltimarvm Volvntatvm, Svccessionvm, & Legitimationum materias
distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CLXXX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96520](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96520)

predicta, quando constaret de uoluntate, & præordinatione patris dispositiua, quoniam non sufficeret, ipsum sterisse in puris terminis uoluntatis, nisi ulterius uoluntatem suam declarauisset, & ordinasset filium debere, seu posse legitimari, ut ex pluribus ostendit Ias. in d. consi. cuius rationes aliter non refecto: Sed in casu, de quo agitur, ultra quod pater uoluerit, disposuit etiam mandando D. Bartholomeo, præsentem d. Gradasio filio, & fortè etiã permittendo, & concedendo ipsi filio, ut posset petere se legitimari, ut per testes legitimos tunc præsentibus probabif, ergo & c. nam t. mandatum, & p. præordinata uoluntatis patris ad legitimandum per testes etiam probari potest, ut assentire uis Ias. in d. consi. & benè facit tex. in l. consensu ff. de actio. & obli. ubi mandatum fit, & contrahitur solo consensu, & ideò neq; scripturæ, neq; uerborum ulla proprietas desideratur, ut ibi, & facit id, quod uoluit glo. & Abb. in ca. 1. de procura. & Bart. & alij in l. 1. C. de tit. ¶ An autem testes ad perpetuam rei memoriã examinati absq; causæ cognitione, hoc est parte non citata, qm citari potuit, probent absq; eo, qd aliter examinentur, dico, qd non, imò si fuissent ita examinati, parte citata & præsentem, & superuenerent, nunc essent in causa examinandi, nec priori dicto suo staretur, quia testes, qui recipiuntur & examinantur cum causæ cognitione, & parte citata ad eternã rei memoriã, ideò sic examinantur, ne fides lapsu tēporis pereat, ut probatur ex text. cum ibi no. per Ant. in c. qm fre quenter in princ. ut lite non cõtesta. qui dicit testes sic examinatos debere iterum post litē cõtestatā examinari, dum tractatur causa coram iudice: Abbas tñ ibi dicit standum esse illi priori depositioni testium absq; eo, qd aliter examinentur, quod uidef probari in c. significauit extra de testibus, & in auth. si quis C. eo. tit. Et hoc uerum esse potest, qm fuissent examinati parte citata, alioquin fidem non facerēt, ut est tex. gl. & oēs in d. c. significauit, & d. auth. si qs. ¶ An autē D. Bartholomeus sit idoneus testis ad probandum uoluntatem dispositiuam patris, & commissionē sibi factam, dico, qd non, quia censeretur esse testis in facto proprio, quod non est permiffum l. omnib. C. de testibus, & hæc probatur ex ijs, t. quæ hñr in c. qm 3 de probat. per Hostien. & Abb. ibi in 14. colum. & doct. communiter, dum loquuntur de notario, cui fuit cõmissa examinatio testium, quia ei de commissione sibi facta nō creditur, nec is super illa testis esse potest. Laus Deo.

S V M M A R I V M.

- 1 Pupillus apud quem sit educandus, iudex decernit, & quandoque à uoluntate patris recedit, & nu. 6.
- 2 Pupillus etiam contra uoluntatem testatoris non debet educari apud illum tutorem, qui post mortem pupilli aliquid ex dispositione testatoris habere deberet, & nu. 5.
- 3 Successionis appellatione continetur etiam, quando quis ex legato capere posset.
- 4 Substitutus quis dicitur non solum in hereditate, sed etiam in re particulari.
- 7 Legitimus ab habente potestatem an dicatur, & sit uerè, & proprie legitimus, & excludat substitutum sub conditione, si heres institutus decesserit sine filiis legitimis, et naturalibus.
- 8 Et quid de substituto sub conditione, si decesserit sine filiis legitimis, & naturalibus ex legitimo matrimonio natis. Quid, si is fuisset legitimus à Papa, nu. 10. Et quid de legitimo à comite habente amplissimam legitimam di potestatem ab Imperatore, & à Papa nu. 12.
- 9 Legitimi non possunt dici legitime nati.
- 11 Papa potest legem conducendo, & per rescriptum disponere su

per matrimonio, eiusq; radice.

- 13 Legitimus à Papa, ut dicatur legitimus, & naturalis natus ex legitimo matrimonio, & comprehendatur in dispositione, & conditione loquente de legitimis, & naturalibus natis ex legitimo matrimonio, quid requiritur, & quando Papa sic possit legitimare, & quando non, & nu. 15.
- 14 Vxorē vnā esse duorum eodem tempore est impossibile, nec Papa super hoc potest dispensare.
- 16 Spurius legitimatus etiam in amplissima forma non potest facere deficere conditionem, si sine filiis legitimis, & naturalibus ex legitimo matrimonio natis.
- 17 Spurius, & adulterinus nullo modo filius etiam naturali dici potest, & nu. 24. & an sit uerum nu. 20.
- 18 Spurius legitimatus an possit dici legitimus, & naturalis, an uero solum legitimus, & quando legitimatus dicatur legitimus, & naturalis, & quando solum legitimus, & non naturalis, & nu. 20.
- 19 Natus ex clandestino matrimonio legitimari non potest.
- 21 Legitimari quis non potest ab eo, seu ad instantiam eius, qui illum naturaliter non procreauit, ad effectum, ut possit dici illius filius legitimus, & naturalis.
- 22 Supplicatio probat contra producentem.
- 23 Natus ex muliere coniugata, cum qua maritus habebat consuetudinem, simulq; habitabat, censetur filius naturaliter natus ex marito dictæ mulieris.
- 25 Vulgo conceptus legitimari non potest, & quando secus.
- 26 Filiatione, & ingenuitati asseruatio cōtraria patris, et matris non obest, & quando secus nu. 27.
- 27 Transmissio & quis fil. sint legit. declaratur.
- 28 Legitimus non excludit substitutum, quando testator fuisse persona nobilissima, & honesta.
- 29 Legitimatio, & institutio fundata in falsa causa consanguinitatis non ualent.
- 30 Transfationi facta cum iuramento de nō contrahendo prætextu lesionis, nec ex aliqua alia causa maiores ob lesionem allegatam non possunt contrahere.
- 31 Nec minores aduersus illam possunt restitui, quando transfatio est facta super iure ad rem dubio, & nondum delato.
- 32 Transfatio legitima absq; dolo, & fraude facta non potest prætextu rescripti principis reuocari.
- 33 Transfatio facta ab agro ualeat, nec statim rescindi potest.
- 34 Transfatio an ob lesionem ultra dimidiam possit rescindi, & nu. 28.
- 35 Transfatio propter dolum rescindi potest.
- 36 Transfatio ad preiudicium fideicomissi, & contentorum in testamento quomodo debeat ualide fieri.
- 37 Enormis lesio est iusta causa concedendi relaxationem, seu absolutionem à iuramento.
- 39 Contractus, & Pactum continens successionem, eiusq; modum non ualeat in uim ultime uoluntatis, nec in uim pacti.
- 40 Transfatio fundata super falsa causa, & super lite, que nulla est, nec speratur esse ex causa de præterito, non ualeat.
- 41 Causa finali contractus cessante, contractus cessat.
- 42 Causa que in dubio censetur finalis.
- 43 Causa finalis contractus falsa uitiat, & rescindit contractum.

E P I T O M E.

Filius spurius, & adulterinus legitimatus à comite habere prætem, qd nō excludat substitutos suo conditione, si decesserit sine filiis, & descendantibus legitimis, & naturalibus, & ex legitimo matrimonio natis, & qd non possit uenire ex substitutione facta de filiis, & descendantibus legitimis, & naturalibus, & ex legitimo matrimonio natis, demonstratur.

Transfationem posse rescindi propter dolum, propter enormissimam lesionem excedentem dimidiã rei debitæ, & propter falsam causam, in qua fundata fuit, probatur.

CON.

CONSILIVM CLXXX.

N pupillus, cui à patre plures tutores fuerunt relictī, quorum uni pater post mortē pupilli filij sui reliquit ducatos mille, & apud illum uoluit filium suum pupillum educandum, & nutriendum fore, sit educandus apud eū, penes quem pater in testamento decreuit, uel apud alium tutorem, cui pater nihil post mortem filij reliquit. Veritas est, q̄ inspecta qualitate, & additione personæ, ac coniunctione iudex debet perpendere, ubi puer educari debeat. l. i. C. ubi pupil. educ. & nonnunquam debet à uoluntate patris recedere. l. i. in princ. ff. ubi pupil. educ. uel mora. deb. ut

1 quando pater disposuisset filium pupillum esse educandum apud illum, qui pupillo esset successurus uel ex substitutione, ut in d. l. i. in prin. & ibi gl. Bart. & alij ff. ubi pup. uel ex alia successionē, ut in l. i. C. ubi pupil. educ. & t̄ successionis appellatione continetur etiam quando quis ex legato capere posset, arg. l. in conuentionibus ff. de uerb. signifi. l. fluminum §. adiicitur. ff. de dam. infec. & l. ait prætor ff. de iureiuran. cum similib. & t̄ substitutus dicitur quis non solum in hereditate, sed etiam in re particulari, ut quando post mortem hæredis fuisset alicui factum fidei commissum, seu legatum particulare, ut argu. l. unica §. si autem aliquid. C. de cadu. toll. Ergo inferitur, t̄ pupillum non esse educandum apud illum tutorem, qui post mortem pupilli ex dispositione testatoris mille ducatos habere debet, quia hoc posset esse pupillo, eiusq; uitæ periculum, ut lex præsumit in d. l. i. & in d. l. i. in prin. ibi que glo. Bart. & doct. alij, & Salic. etiam in d. l. i. post glo. t̄ iudex itaq; ad cuius officium hoc pertinet, debet decernere, pupillum educandum fore uel penes alium tutorem non suspectum, nec aliquo modo pupillo successurum, ut in d. l. i. C. ubi pupil. educ. uel apud alium agnatum, aut cognatū omni suspitione carentem, ut in d. l. i. in fin. prin. quem iudex cogere poterit ad suscipiendum curam, & educationem pupilli, d. l. i. §. quamuis. ff. ubi pup. & quoniam hoc omni caret dubitatione, ad aliud, de quo magis dubitatur, pertransito. ¶ Quaritur enim ultra hoc in præsentī causā, utrum per legitimatiōnem factam de asserito filio spurio, & adulterino à Comite habente potestatem filius legitimatus excludat substitutos patri ipsius legitimati tanquam ultimo morienti sub conditione à testatore adiecta, si omnes filij sui, & descendentes masculi legitimi, & naturales, & ex legitimo matrimonio nati, seu nascituri decederent sine filiis, & liberis legitimis, & naturalibus, & ex legitimo matrimonio natis, ita q̄ si totaliter finita esset linea masculina suorum descendentiū masculorum legitimorum, & naturalium, & ex legitimo matrimonio natorū, seu nasciturorum, substituti admitti deberēt. Item utrum dictus filius legitimatus possit uenire ex substitutione facta in testamento aui de filiorum filijs, & descendentiis masculis legitimis, & naturalibus, & ex legitimo matrimonio natis, seu nascituris, prout latius in testamento aui dicti legitimati continetur. Sed attenda ueriori opinione, uidetur esse concludendum, q̄ non, & q̄ ipsi substituti in casu deficientiū liberorum, & descendentiū per lineam masculinam legitimorum, & naturalium ex legitimo matrimonio natorum, non obstante legitimatiōne de dicto spurio facta, sint ad bona præfati testatoris ex substitutione prædicta admittendi, deducta tamen legitima iure naturæ debita, & Tre

bellianica, quæ portiones de iure debentur hæredi illius, qui ultimo loco sine filiis, & liberis legitimis, & naturalibus, & ex legitimo matrimonio natis decessit. c. Raynutius, & c. Raynaldus extra de testa. & ad hoc dicendum multa me possent mouere, quorum aliqua tantum nunc breuiter adducam, & primo, nam t̄ licet maximum dubium sit, an filius legitimatus ab habente potestatem dicatur, & sit uerè, ac propriè legitimus, ad tradita per Barr. & alios in l. i. is, qui pro emptore ff. de uicup. & per Alex. in consi. 2. uolu. 1. & in consi. 87. uolu. 2. per totum cum similibus, & consequenter dubium sit, an legitimatus excludat substitutum sub conditione, si hæres institutus decesserit simpliciter sine filiis legitimis, & naturalibus, ut per Alex. in d. consi. & remissuè in l. Gallus §. & quid si tantum, & in §. si eius circa ff. de lib. & posthu. & Soc. in d. §. & quid si tantum in pen. col. ubi doct. communiter uelle uidentur, q̄ substitutus per legitimatiōnem filij naturalis excludatur, quia sic conditio illa, si decesserit sine filiis legitimis, & naturalibus, uerè, & propriè dicitur deficere, tamen, t̄ quando fuit appositā illa conditio, si decesserit sine filiis legitimis, & naturalibus, ex legitimo matrimonio natis, cōis opinio uidetur esse, q̄ tunc legitimatus talem conditionem deficere nō faciat, quoniam etsi legitimatio possit facere illum uerè, & propriè legitimum, tamen non potest facere, q̄ natus sit ex legitimo matrimonio, ex quo uerba conditionis, & testatoris ad factum referuntur, hoc est ad natiuitatem, ut habetur per glo. communiter approbatam in c. innotuit in uer. cōiugata de electio. Bal. & Soc. in d. l. Gallus §. si eius in 3. col. uers. tertius, & ibi Franc. Aret. Ange. in disputat. incip. Bononiensis. Anto. de Butr. in c. per uenerabilē qui fil. sint legitimi, & ibi Præpositi in col. 121. q. x. in fi. qui affirmat hanc esse communem opinionem, t̄ idem que tenuit & dixit Bal. in addit. ad Spec. in tit. de success. ab intesta, q̄ legitimati non possunt dici legitime nati per glo. in d. c. innotuit, Iacob. de Aren. in sua disputat. quem refert lo. Andr. in addit. ad Spec. in tit. qui fil. sint legitimi. Anto. in d. c. per uenerabilem, & refert And. Barbat. in consi. 27. col. 23. lib. 1. ibi, & si opponitur, & in col. 25. Alex. in consi. 87. in 6. col. uolu. 2. & Guid. Pap. in q. 482. qui loquitur de legitimato ab Imperatore, & Bal. in c. 1. §. naturales in 2. col.

10 si de feudo fuer. controuer. Et t̄ hoc absq; dubio procedit, quando legitimatio fieret ab imperatore uel à Comite, & inferiore, qui potestati legitimandi etiam amplissimam haberet, prout facta fuit in casu, de quo agitur, secus si à Papa immediate facta fuisset, ad tradita per Soc. in d. l. Gallus §. si eius in uers. tertius & c. quia t̄ sicut Papa ipse potest legem condendo super matrimonio, eiusq; radice disponere c. non debet de consanguin. & affi. c. tanta qui fil. sint legitimi, & d. c. innotuit, ita & per rescriptum potest per nota. plenè in c. quæ in ecclesiarum per doct. maximè per Innocen. extra de constitut.

12 & t̄ quāuis Comes, qui in casu nostro legitimauit, habuerit amplam legitimandi potestatem non solum ab imperatore, sed etiam à Papa, tamen ipsi à Papa, qui solus hoc potest, non fuit concessa potestas disponendi, & dispensandi super radice matrimonij argu. c. 1. & 2. de fil. presbit. in 6. Quinimodò

13 t̄ uerum uidetur, q̄ hoc in casu Papa non potuisset dispensare super radice matrimonij, quia asseritur legitimatum fuisse, & esse filium natum ex coniugata, ergo ex tali, cum qua tunc temporis matrimonium esse non poterat etiam ex dispensatione

14 Papæ, cum t̄ una eodem tempore non possit esse uxor duorum §. affinitatis, & §. socrum in auth. de nup.

nup. nec Papa super hoc dispensare ualeat, ut habetur. & nota. per glo. & doct. in c. literas in uer. non potest de reffit. spol. & in c. gaudemus de diuor. per illum tex. Ex quibus inferitur, qd Papa etiam non potuisset in casu nostro legitimare ad effectum, ut propter, ut uerè diceretur legitimus, & naturalis natus ex legitimo matrimonio; Et ex his, & maximè ex dictis per Soc. in d. §. si eius ex ratione sua, quæ fuit etiam aliorum, infero, qd ad effectum, ut legitimus à Papa dicatur legitimus, & naturalis natus ex legitimo matrimonio, seu sit talis, qd uerificetur in dispositione faciente mentionem de legitimis, & naturalibus ex legitimo matrimonio natis, requiritur, qd ille legitimatus natus sit ex ijs, inter quos Papa potuisset de iure super radice matrimonij dispensare, & ideo in casibus, in quibus Papa non posset dispensare, ut in casibus not. in c. non debet de consanguin. & affin. & in cap. literas de reffit. spol. cum similibus si Papa legitimeret, quamuis ille posset dici legitimus, & naturalis, non tamen natus ex legitimo matrimonio, & propterea non comprehenderetur in dispositione, & conditione faciente mentionem de legitimis, & naturalibus ex legitimo matrimonio natis: Et hæc est communis opinio, pro qua facit, quoniam si cum testator dixerit sine filiis legitimis, & naturalibus ex legitimo matrimonio natis, spurius legitimatus etiā in amplissima forma non potest facere deficere talem conditionem, quia impossibile est, qd dicatur legitimus ex legitimo matrimonio, ex quo habetur relatio ad tempus natiuitatis, item quia cum à testatore appelletur filius naturalis, super qua naturalitate legitimitas nihil operatur, sed sola natura, certè si spurius, & adulterinus nullo modo filius etiam naturalis dici potest, auth. ex complexu. C. de incest. nupt. auth. licet. C. de naturalib. liber. & ubique Bart. cum similibus: ergo illa verba conditionis non possunt in taliter legitimitate verificari, legitimitas autem de illo facta alios effectus operabitur, sed non hunc, ut possit dici filius legitimus, & naturalis ex legitimo matrimonio natus ad exclusionem substituti, per prædicta, & argumento eorum, quæ habentur per Anto. & alios in d. c. per uenerabilem, & in alijs locis. ¶ Ex quibus inferri potest, qd licet filius naturalis, & in quo natura operatur, (ut quando natus est ex concubina retenta in domo affectione maritali iuxta l. si. C. de naturalib. liber. & §. discretis in auth. quibus modis natural. efficiant. sui, uel saltem ex soluto, & soluta, inter quos matrimonium esse potest ut latius dixi in alio consilio facto in causa cuiusdam de Bonamicis) per legitimationem possit dici legitimus, & naturalis, quoniam in illo naturalitas, & legitimitas concurrunt, & eique natura cooperatur, tamen si filius spurius natus ex incesto, uel adulterio coitu, cui natura non cooperatur, & ideo non meretur filius etiam naturalis appellari, d. auth. ex complexu, d. auth. licet, & in corpore, unde sumuntur, & ubique Bar. sit legitimatus, poterit solum dici legitimus, & non naturalis, quia natura eum non recipit: quod quidem uidetur in se uerū, quamuis contra, & præter mentem aliorum doctorum esse uideatur, qui præsupponunt spurium legitimum posse dici legitimum, & naturalem. Præterea si natus ex clandestino matrimonio legitimari non potest, ad tradita per Ioann. Fab. instit. de nupt. in §. si. Nisi pro responsione diceretur, qd hoc, qd filius spurius nec dici, nec nominari debeat filius etiam naturalis, introductum fuit à iure positiuo, ut in dict. auth. ex complexu, & §. si. in auth. quibus modis natural. efficiant. t. sui cum alijs præallegatis, secundū

vero naturam potest dici naturalis, quia natura ei cooperatur, ut in c. cum haberet de eo, qui duxit in matrimo. iuncto §. i. infirmit. de iure natur. gent. & ciuili, & in c. ius naturale i. distinctio. ergo Princeps, seu comes habens auctoritatem potuit per legitimationem huic iuripositiuo derogare c. propositio de concessio. præbend. cum similibus ibi no. & facere, qd diceretur legitimus, & naturalis. ¶ Præterea principaliter considero quod tibi non concurrat naturalitas, ut quia quis naturaliter ex aliquo natus non fuerit, tunc non potest legitimari ab eo, qui illum naturaliter non procreauit, ut de se patet, & habetur in d. c. per uenerabilem, & per totum quibus modis natural. efficiant. sui, & quibus modis natural. efficiant. legit. alioquin respectu eius, seu patris, ad cuius instantiam legitimitas fieret, hæc duæ qualitates, uidelicet legitimitas, & naturalitas non posset, nec dicerentur simul concurrere, nec legitimatus posset dici illius filius legitimus, uel saltem naturalis, ut in dictis iuribus, & facit id, quod uoluit Bal. in l. si qua illustris. C. ad Orifician. Sed in casu nostro Ludouicus legitimatus non potest dici naturalis D. Ludouici, quia cum ille sit natus ex adulterio, & ex muliere coniugata, ut est narratum per D. Ludouicū in supplicatione, quæ probat contra producentem l. cum precū. C. de liber. caus. & hoc etiā per testes probari potest, uidelicet, qd si natus fuerit ex muliere coniugata, cum qua maritus tunc consuetudinem habebat, & simul habitabat, & prout in dubio præsumendum est, argumento l. merito. ff. pro socio, sequitur, qd iuris præsumptione, quæ est iuris, & de iure, quæ habetur pro ueritate, censetur filius, & naturaliter natus ex marito dictæ mulieris l. miles §. defuncto. ff. de adulter. l. filium diffinitum. ff. de his, qui sunt sui, uel alien. iur. & ibi Barr. & Bald. & l. si uicinis. C. de nupt. & glo. in l. si. in ff. de probatio. Item quia si spurius natus ex adulterino, & incestuoso coitu non potest dici filius etiam naturalis auth. ex complexu C. de incest. nupt. & in corpore, unde sumitur, ibi nec naturales sunt nominanda: & si dicit Bald. in d. l. si qua illustris, qd vulgo conceptus non potest legitimari, quia patrem certum non habet, nisi pater adlereret illum, esse filium suū ex aliquibus indicijs, sed quando dicitur natus ex coniugata, ut supra nulla possunt esse indicia à iure approbata, ergo talis spurius legitimari non potest, & illius legitimitas non ualet, ut inferitur ex uerbis Bald. ibi, iuncta d. l. filium cum ibi not. cum ijs, quæ uolunt Abb. & alij in c. intelleximus extra de adulter. d. l. miles §. defuncto, & habetur per Barba. in cō si. 27. uol. j. Et si professio, seu asseueratio contraria patris, & matris etiam non obest filiationi, seu ingenuitati, ut est tex. in d. l. si. in fi. & l. non nudis. C. de probat. talis igitur sic legitimans non potest facere deficere illam conditionem, si decesserit sine filiis legitimis, & naturalibus ex legitimo matrimonio natis, & ad propositum uide etiam Soc. in consi. 65. alijs 63. vol. 3. & Barbat. in d. cō si. 27. Nec obstat tex. cum ibi not. in c. transmissa qui fil. sint legiti. Quia si loquitur de eo, quem constabat non esse natū ex muliere coniugata, sed ex soluta, & asseueratur, filius spurius natus ex certo patre, ut ex Titio, hoc enim casu professio patris, & matris simul noceret, ut ille ex Titio natus non diceretur. At nos sumus in alio casu, ut de se patet, inter quos casus ratio diuersitatis ex iurib. supra allegatis dari, & colligi posset. ¶ Præterea considerandum est, qdposito, legitimatum alias posse excludere substitutum, ut quia esset ritè, & rectè legitimatus, & ita, qd regulariter posset substitutum excludere, tamen quando per

sona

sona testatoris fuisset talis, cui esset dedecus, q̄ ad eius bona legitimatus admitteretur, ut quia esset de nobilissima familia, & ipse foret persona honesta, & nobilis, tunc legitimatus non excludit substitutum, ut est tex. ibiq; Bart. Alex. Imol. & alij in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebell. & in cap. in pre sentia de probat. Petr. de Anchar. in consi. 325. incip. videtur prima facie & c. Imol. in l. ex facto. ff. de vulga. & pupill. Angel. in disputa. incipien. Nobilis quidam genere, Ant. in cap. per venerabilē, & ibi Abb. in repeti. extra qui filij sint legit. Angel. in d. §. si quis rogatus, & est bonus text. in ca. gens Anglorum 54. distin. & And. Barba. in d. consi. 27. col. 25. ¶ Ultimo
 29 † cum dictus Ludouicus fuerit institutus ut, & tan quam filius legitimatus, qui talis non est, nec dici potest, cum in eo nō concurrat naturalitas, ex quo filius fuit mariti, qui cōsuetudinem continuam habebat cum vxore sua, ex qua dictus Ludouicus natus fuit, nec legitimatio de eo facta, nec institutio ualere potuit, quia fuit fundata in falsa causa, quæ concernit consanguinitatem per ea, quæ uoluit So zin. in consi. 63. alias 65. uolum. 3. Barba. in d. consil. 27. uol. 1. Bal. in consi. 180. uolum. 3. Paul. de Castr. in cō si. 123. incipien. super primo, l. neque professio C. de testam. & Bart. in l. demonstra. §. quod autem ff. de conditio. & demonst. & hæc quoad dubium super legitimatioe dicti Ludouici exortum dicta sufficiant. Circa transactionem uero factam inter do minum Ludouicum de Felicinis ex una, & domi nos Lactantium, Iulium, & Herculem de Felicinis ex altera, an licitum sit ipsis do. Lactantio, Iulio, & Herculi illi contrauenire, ex quo in instrumento dictæ transactionis factæ pro conseruatione amoris inter eos, & ut materialitum inter ipsos tollatur, fuit appositum iuramentum in forma latissima de non contraueniendo prætextu læsionis, uel ex aliqua alia causa, utiq; vigore læsionis etiam enormis
 30 non possit contrauenire uideretur dicendum, † quia domini Lactantius, & Iulius sunt maiores, ergo eis non licet à transactione recedere etiam ob allegatam læsionem l. si maior, l. si maiores, l. sub prætex tu, & l. si quis maior C. de transactio. Item † domi Hercules minor vigintiquinque annis & si de iure communi posset aduersus transactionem restitui ratione læsionis enormis, ut in l. 1. & 2. C. si aduer. trã fact. cum similibus, tamen ex eo, q̄ ipse transegit super re dubia, & nondum realiter debita, & sic super iure ad rem, quod facile tollitur, ut per gl. in clem. 1. ut lite penden. in uerb. inter sit, cap. fi. de concess. præben. in 6. Cald. in consi. 8. de præben. & Abb. in c. 1. circa fin. gl. 1. de rescrip. & contraxit cum solem nitate statuti positi sub rubrica de contractibus cū minoribus, ut in instrumento transactionis continetur, non potest ipse D. Hercules restitutionem in integrum aduersus dictam transactionem petere, ut expresse cautum est in dicto statuto circa finem
 32 illius. Nec † prætextu rescripti Principis transactio legitima, hoc est absque dolo, & fraude facta reuo cari potest, nec lites, nec causæ transactione sopitæ possunt rescitari, ut est tex. ibiq; docto. in l. causas C. de transactio. ¶ Sed an alia uia, aliove remedio succursum sit dictis dominis de Felicinis aduersus dictam transactionem, profecto satis clarum non uidetur, argumento l. sicut C. de actio. & oblig. l. nō minorem C. de transact. l. sanum, & l. quamuis eodē
 33 tit. ibi transactio facta ab ægro ualet, nec etiam po test statim rescindi, quia illico recipit perfectionem
 34 ut ab illa recedi non possit. Et † occasione sine læ sionis ultra dimidiam iusti pretij dubij euētus litis non potest transactio rescindi à maiore per reme-

dium l. 2. C. de rescind. uend. nec per aliud simile, ut uolunt plures, & fortè magis communiter docto. in l. si quis cum aliter ff. de uerbo. obliga. & ibi Alex. quamuis Bart. pluresque alij contrarium dicant: nā super hoc articulo doct. multum uariant, ut colligi tur ex ijs, quæ refert Alexan. ibi, & quis posset, cui ueller, opinioni adharere: & transactionis ualiditas in casu nostro fundata uidetur in l. controuersia ff. de transactio. ubi quando super hereditate trans actum fuit inter heredem scriptum, & uenientem ab intestato, ut unusquisque pro certa rata heredi tatis admitteretur, pro eadem rata debentur iura, & transeunt actiue, & passiue. ¶ Sed tamen plura faciunt in contrarium, Primo quia domini Lactan tius, & fratres inducti fuerunt ad transigendum per suasi à quibusdam peritis nimium fauentibus dicto domino Ludouico, & affirmantibus, q̄ dicti fratres de Felicinis nihil ex dicto fideicommissio cōsequi poterant ob prædictam legitimatorem, quæ fidei commissio penitus derogabat: Vnde † propter doli, qui incidit in contractum, seu qui causam contractui transactionis dedit, transactio saltem rescindi potest, per ea, quæ habentur in l. si quis cum aliter ff. de uerbo. oblig. l. actio. l. interpositas, & l. si maior. C. de transact. & nota. per glo. in terminis nostris in l. cum de fideicommissio, & in l. cum donationis C. eo. tit. ¶ Secundo † in hac transactione non dicitur, q̄ uisa, intellecta, & cognita fuerint uerba testa menti, à quo fideicommissum dependet, ergo non debet ualere ad præiudicium fideicommissi, & con tentorum in testamento, ut in l. de his. ff. de transact. & Alex. in consi. 11. uolum. 2. colum. 4. Nec obstant ea, quæ ipse dicit in dicto consi. quia loquitur quan do fuisset transactum super ijs, quæ à testamento im mediatè non dependet, nec super fideicommissio, Bart. & alij. in l. qui Romæ §. duo fratres ff. de uerb. oblig. uel dicas, ut per Ang. in consi. 94. & plura ad propositum traduntur à Corneo in consil. 175. in 1. colum. uolum. 2. Nec debet ob stare iuramentum, per quod uidetur ualidari renunciatio facta de re medijs iuris, & de beneficijs à iure concessis, quia super iuramento fuit petita, & obtenta habilitatio à superiore, & † adeff. iusta causa concedendi rela xationem, seu absolutionem à iuramento, uidelicet enormis læsio, iuxta ea, quæ habentur per docto. in cap. quinquauallis de iure iur. in cap. cum contingat eo. tit. per Imol. & alios, & per moder. in auth. sacra menta puberum C. si aduer. uendit. ¶ Tertio † hæc transactio rescindi potest propter enormissimam læsionem, quæ excedit dimidiam rei debite, hoc est fideicommissi debiti ex testamento, ac etiam du bij euentus litis dicti fideicommissi, quod omnino dictis de Felicinis deberetur, & comprehendebat dimidiam omnium bonorum domini Bartholo mei de Felicinis patris dicti domini Ludouici; & stante transactione ipsi fideicommissarij vix quar ram, aut tertiam partem bonorum fideicommissio subiectorum habent; ergo transactio ex hoc rescindi debet, ut uolunt Bart. & communiter & docto. in l. si quis cum aliter ff. de uerbo. oblig. ubi Alexan. infinitos hoc tenentes allegat, quamuis ipse ab hac opinione uelle recedere videatur, sed non in totum. Item Alex. ipse contrarium tenet in consi. 42. & in consi. 125. in 2. uol. & malè stante maxima læsione, propter quam relaxatio, & absolutio à iura mento interposito concedi potest, & Com. in consi. 126. uolum. 1. ¶ Quarto † iste contractus sapit, & cō tinet successionem, eiusq; modum, ut est illius te nore constat, uidelicet, ut post mortē domini Lu douici bona debeant diuidi, ueluti in dicto instru mento

mento cōtinetur, ergo nec ut ultima uoluntas, nec in uim pacti ualere debet, quoniam non fuit simpli-
 40 citer fideicommissio renunciatum, sed ut certo mo-
 do succedatur, ut in l. hereditas cum ibi not. C. de
 pactis conuen. Alex. Barto. & alij in l. stipulatio hoc
 modo ff. de uerb. oblig. & in l. si. C. de pactis cum si-
 milibus. ¶ Ultimo transactio facta, & fundata fuit
 super lite præsenti, & futura occasione legitimatio-
 nis factæ de Ludouico inter ipsum D. Ludouicum,
 & dictos fratres de Felicinis, & sic super certa cau-
 sa, quæ nulla est, & ad non causam reducitur, ergo
 causa falsa existente rescindi debet, ut per totum ff.
 de cond. caus. dat. caus. non sequu. & in specie in ter-
 minis nostris, quando transactio fundata est super li-
 te mota, aut futura, quæ non ualeat, quando nulla est,
 nec speratur esse ex causa de pterito, uoluit Alex.
 in co. l. 1. uol. 2. qui plures allegat, & ita concludit,
 & probatur ex diffinitione transactionis, de qua ha-
 betur per Azon. in summa C. de trans. l. 1. ff. eod. tit.
 & in l. 2. C. eod. & plenè per Dec. in consi. 532. & in
 41 consi. 475. nam cessante causa finali contractus ces-
 sat contractus, ut ibi, & Bal. in l. nec apud. C. de here.
 42 instit. & in dubio illa causa, quæ principaliter fuit
 expressa, & considerata, censetur finalis, ut in l. 1. in
 prin. ff. ad Macedon. ibique Bar. l. 6. ff. de her. inst. l. re-

gula §. & liceat. ff. de iuris, & fac.igno. & Dec. in co.
 43 silio 600. & ex quo causa expressa in transactione
 concernit consanguinitatem, & illius conseruationem,
 & quantitas remissa est magna, causa dicitur
 finalis, & talis, quæ præsumitur, quæ si contrahentes sci-
 uissent causam esse falsam, non contraxissent, Barb.
 in consi. 27. lib. 1. & colligitur ex not. per Barto. in l.
 demonst. §. quod autem in pen. col. ff. de cond. & de
 mon. idemque uolunt Barto. Bald. & Ang. in leam,
 quam C. de fideicom. & hæc in contractibus etiam
 locum habere uidentur ad tradita per Bart. in d. §.
 quod autem in 6. q. Sed inter præfatos dominos trā-
 sigentes ratione dictæ legitimacionis non erat, nec
 esse poterat lis, nec quæstio, propterea quia de legi-
 timacione non erat disputandum inter ipsos con-
 trahentes in uita D. Ludouici, sed solum post illius
 mortem inter Ludouicum legitimatum, & dictos
 fratres de felicinis, ergo transactio tanquam in sui
 substantia defectiua nulla fuit per ea, quæ habentur
 per Alex. in dicto consi. 1. 1. & per Bartol. & Ioan. de
 Imol. in l. de pupillo §. si in pluribus in 2. col. ff. de no-
 ni oper. nuncia. & glo. fina. in l. emptor §. Lucius. ff.
 de pactis. Et hæc pro informatione iurium nobili-
 um dominorum fratrum de Felicinis nunc dicta
 sufficiunt. Laus Deo.

collegii Paderbornensij Societatis Jesu ann 1706
Consiliorum Clarissimi, & eximij Iureconsulti Augustini Beroij Bononiensis,
volumen secundum explicat.

Series Chartarum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ RR
 SS TT VV XX YY ZZ.

AAA BBB CCC DDD.

Omnes sunt Quaterniones, præter DDD qui est Ternio.

V E N E T I I S,

Apud Franciscum Zilettum.

M. D. LXXVII.